UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Seruulo martyre. Cap[itulum]. xxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Sanctus vͦo deſiderius ſepultus eſt lingonis miraculis clarens. Inter ꝙ ſi quis intra eccleſie ſue ſepta falſo iurare ſcienter nititur: celeſti mox vltione punitur. Paſſus eſt autem decĩmo kalendas iunij.

¶ De ſancto Deſiderio alio epiſcopo et martyre. Cap. xxxij.

DEſiderius epiſcopꝰ lugdun̄. cuius vita celebris mirabilibus fulſit: paſſus eſt in codeꝫ territorio lugdunen̄. villa pſtiniano: cuius corpus modo ſepultum veneratur in eccleſia viennen̄: feſtūqꝫ eius ibidem. x. kalen. iunij. recolitur.

¶ De ſancto Theopompo epiſcopo ⁊ martyre. Cap. xxxiij.

THeopompus ep̄us nicomedien̄. in eadem ciuitate paſſus eſt cū q̄dam ſeneſio ſub diocletiano auguſto: q̄ pͥmo anno īperij ſui illuc accedēs iuſſit fieri ſtatuas ex auro apollinis ⁊ artemis: ⁊ eas in tēplo ꝓductas a cūctis adorari. Cūqꝫ theopompus ep̄s ad phanū eductus ſimulacra adorare noluiſſet: miſſus eſt in clibanū ignis: in quo die ⁊ nocte illeſus pmanſit. Nocte vͦo inde exiēs luce celeſti p̄uia ad palatiū diocletiani deuenit: oībuſqꝫ ianuis reſeratis diuinitꝰ vſqꝫ ad lectū ſuū acceſſit: ſeqꝫ viuētē ꝓſtās ad clibanū rediJt. In cuiꝰ medio mane pſallēs ⁊ oīno inuſtus reptus eſt. Qd̄ dū īmparatoꝛ magie ipſiꝰ aſcriberet vt expireꝫ canē in furnū mitti fecit: q̄ ſubito incenſus eſt. Poſt hec theopōpus diebꝰ. xxij. in carcere ſine vllo cibo detineꝫ: ſed a dn̄o cōfoꝛtatꝰ vultu hilari inde ꝓduciꝫ. Tūc iuſſu īparatoꝛis oculꝰ ſibi dexter effodiꝫ: ſed ipo ad carcerē redeūte ſibi a dn̄o reſtituiꝫ. Qd̄ dū diocletianꝰ iterū artibꝰ magicis deputaret: acceſſito ad ſe quodā egyptio maximo mago theona noīe induxit euꝫ ad ep̄m ſuis pſtigijs occidendū: voluit tn̄ pͥmo artē eiꝰ videre. Qui taurū ferociſſimū ad ſe ductū dū ī aure ipſius aliq̄ vͥba dixiſſet: ſubito in duas partes diſcerpſit: q̄ in lance pōderate equalr̄ penſauerūt. Tūc magus theopōpo obtulit ſpirulas farinulas artis magice: ⁊ venenū in calice demonijs plenū. Et cū ille hec omnia ſine leſione guſtaſſet: magus cōuertiꝫ: ⁊ cū eo carceri traditꝰ ab eodē baptizatur. Nomēqꝫ ſibi ſeneſiꝰ īponiꝫ: inde ſanctꝰ eductus ⁊ in terrā ſupinꝰ extenſus atqꝫ ad ſtipites ligatꝰ lapis magnꝰ vix ab octo viris poꝛtatus: vētri eius ſupponiꝫ: ſed eleuatus lapis a ſeipſo vltra. xv. cubitos diuinitꝰ pſiliuit. Dehinc in eminēti ſuſpēſus pedibus: capite deoꝛſum ſaxoqꝫ ingēti ad eius ceruicē alligato: fune q̄ꝫ quo tenebaꝫ preciſo: vt raptim tractus ad terrā dirūpereꝫ: ſine vlla leſione in pedibus ſtetit. Nouiſſime aūt decollatus eſt. Seneſius vͦo in defeſſo terre poſitus: humoqꝫ optꝰ equis ſupinductis vt calcibus terrā premerēt: migrauit ad xp̄m. Quoꝝ coꝛpoꝛa nicomedie in eodē tumulo ſepulta ſunt. x. kalen. iunij.

¶ De ſancto Manaem diſcipulo. Cap. xxxiiij.

MAnaem diſcipulus herodis tetrarche collactaneꝰ fuit. De quo ſcribiꝫ Act. xiij. c. Hic fidei catholice doctoꝛ ⁊ ꝓpheta ſub gr̄a noui teſtamenti apud antiochiā in xp̄o q̄euit. ix. kal. iunij: vt dicit Hiero. in martylogio ſctōꝝ.

¶ De ſancta Iohāna vxoꝛe chuze diſcipula. Cap. xxxv.

IOhanna diſcipula de qua cōmemoraꝫ Luc. vlt. ca. que cū tribꝰ marijs circa ſepulturaꝫ dn̄i legitur fuiſſe ſolicita. Hec fuit vxoꝛ chuze ꝓcuratoꝛis herodis antipe: q̄ fuit tetrarcha galilee: et hec poſt aſcēſionē dn̄i cū diſcipulis fuit: eiſqꝫ ſedule miniſtrauit: ⁊ apud hieroſolymā in pace q̄euit. ix. kalen. iunij: vt dicit Hiero. vbi ſupꝛa.

¶ De ſctō Seruulo martyre. Cap. xxxvi.

SEruulꝰ martyꝛ paſſus eſt tēpoꝛibus numeriani imperatoꝛis in ciuitate tergeſtina ſub iunilio p̄ſide. Qui nobilibus eiuſdē vꝛbis parētibus ⁊ chꝛiſtianis oꝛtus: patre videlꝫ Eulogio: matre clementia: ab annis puerilibus in fide doctus deo ſeruiēs eccleſias frequētabat et in oꝛōne perſiſtebat. Et cum annoꝝ eſſet. xij. exiens ciuitatem in ſpelunca anno vno ⁊ menſibus. ix. latuit heremiticā vitā ducēs. Deinde celeſti voce admonitus vt parētes reuiſeret: qui eū vbiqꝫ ꝑquirebant: ad ciuitatē deuenit: medioqꝫ itinere mire magnitudinis ſerpentē inuenit. Quem pͥmo quidem videns expauit: poſtea aūt confiſus in chꝛiſto ſignū crucis edidit: ⁊ exufflauit in ſerpentem. Statimqꝫ coluber per mediū crepuit: venienſqꝫ ad parētes letāter ſuſceptus eis cūcta q̄ ſibi cōtigerāt enarrauit. Poſt dies modicos eulogius moꝛtuus eſt: ⁊ ſeruulus cū matre vidua moꝛabaꝫ: ⁊ miraculis coꝛuſcabat. ¶ Filius cuiuſdam ciuis a demonio vexabatur clamante demone per os pueri: ꝙ ſi puer ad ſeruulum duceretur: ſtatim immūdus ab eo ſpiritus eijcereꝫ. Quem cum duduꝫ requiſiſſent: parentes puerū ad ſeruulū deduxerūt: ⁊ que demon dixerat narrauerūt. Statimqꝫ ſpiritus puerū elidens cepit dentibꝰ frendere: ⁊ ſpumās ipm̄ diutius agitare. Seruulus vͦo inuocato nomīe trinitatis immūdum cōfeſtim ſpiritū ab eo eiecit: ⁊ ipm̄ cum parētibus ad chꝛiſtuꝫ conuertit.

¶ Uidua quedam famoſa nomine fulgentia filium habens grauiter febricitātem veniens ad ſanctū iuuenē pro ſalute filij ſupplicabat. Qui domū eius ingreſſus oratione premiſſa egrotātis manū tenuit: moxqꝫ ipm̄ liberatum a febre de lecto produxit: ⁊ vna cū matre ad baptiſmi gratiā perduxit. ¶ Quidā domū cōſtruens ex alto ceciderat: qui ſemiuiuus iacebat. Quē in lectulo leuatū ſeruulo obtulerūt: qui pro eo ad chriſtum orauit: ⁊ apprehenſa eius dextra ipm̄ illico incolumen eleuauit. Sed quacūqꝫ detenti valitudine ad eum concurrentes ſanitatē cōſequebatur: multiqꝫ gentilium conuertebātur. ¶ Deniqꝫ tentus a iunilio preſide vt idolis immolaret: cum ſacrificare contempſiſſet: primo neruis ceditur: dehinc in equuleo ſuſpenditur ⁊ torquetur: eiuſqꝫ latera vnguibus laniantur. Et poſt hec depoſitus oleo feruenti perfunditur: ſed in his omnibus conſtātior redditᷣ. Et cum preſes putaret ꝙ magicis artibus ſupplicia ſuperaret: lotio fetenti ipm̄ lauari iuſſit: vt ſic more gentili maleficia expellerent. Sed virtus diuina fetorem in balſami fragrantiā in naribus omnium cōmutauit. Et cū populus ipm̄ innocentē clamaret: preſes timore multitudinis ipſum extra vrbem eductū gladio iugulari fecit. Cuius corpus mater cum omnibus per eum conuerſis in eadem ciuitate omni leticia ſepeliuit. ix. kalendas iunij.

¶ De ſanctis Donatiano ⁊ Rogatiano martyribus. Cap. xxxvij

DOnatianꝰ ⁊ rogatianus fratres in gallijs ciuitate nāmetis temporibus diocletiani et maximiani paſſi ſunt. Qui cum in dicta ciuitate reſiderent: et precepta imperatoris chriſtianos ad immolandum compellentia audiuiſſent. Donatianus iam ſenex germanum corde fidelem baptizari cupiebat: anteq̄ perſecutor de quo intellexerant: ad vrbem attingeret: ſed tamen cum propter ſacerdotis abſentiam baptiſmum habere nō poſſet: ambo fratres ad dominū orauerūt: vt martyriū rogatiano pro baptiſmo ſuccederet: quod ⁊ factū eſt. Nam ambo comprehenſi ⁊ in cataſta extenſi ac laniati: deinde lancea militari perfoſſi: nouiſſime capite ceſi ſunt nono kalen. iunij.

¶ De ſanctis Anolino ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xxxviij.

ANolinꝰ cuſtos carcerum erat ſub prefecto vrbis almachio tempore maximiani. Cū autem almachius vrbanum papā detentum in carcere cuſtodiendum anolino tradidiſſet: ⁊ ſermones ſancti pape anolinus cū tribꝰ tribunis audiuiſſet cōuerſi ſunt ad xp̄m: ⁊ ab vrbano pōtifice i carcere baptizari. Quod prefectus comperiens anolinū teneri fecit: et ſacrificare nolentem confeſtim iuſſit capitalem ſubire ſententiam. Tribunos vero xp̄m confitentes: primo quidem grauiter laniatos ad ſacrificia duci mandauit. Sed audiēs eos in idolū cōſpuiſſe: ipſos eodē loco decollari precepit. Qui paſſi ſunt. ix. kalen. iunij. ſepulti iuxta ſanctos tyburtiū ⁊ valerianū.

¶ De ſancto Urbano papa ⁊ mar. Cap. xxxix.

URbanus papa ⁊ martyr huius nominis primus natione romanus ex patre pontiano de regione via latina: calixto pape prio in epiſcopatu romano ſucceſſit: ſeditqꝫ annos. viij. menſes. ij. dies. xij. Hic genere nobilis ab infantia xp̄ianus virtute abſtinentie ⁊ caſtitatis ornatus: dignitatis officiū virtutū ſtudijs adornauit. Multoties pro fide ex vrbe ꝓſcribitur: ſed a fidelibꝰ clam reuocatᷣ. Huius tp̄e incepit eccleſia rome p̄dia poſſidere: de qbꝰ ſctūs pōtifex clericis ⁊ notarijs q̄ geſta martyrū ꝯſcribebāt ſupꝰminiſtrabat. Ante eīm eccleſiā ad inſtar apoſtolorū in cōiuiuebat: ⁊ pecunias tm̄ recipiens ꝓ egenis. Hic multos xp̄ianos ad fidem conuertit. Ualerianum ſponſum ſancte cecilie ⁊ fratrem eius tyburtium nedum baptizauit: ſed ad martyrij palmā exhortando perduxit. Poſtq̄ aūt beata cecilia ſancto pape vrbano domum ſuam tradidit dedicandam: ⁊ ipſa in candē vitam martyrio finiuit. Urbanus predicationi ⁊ baptizationi inſiſtens fidelium ab almachio prefecto vrbis capitur: ⁊ in carcere detinetur: deinde ſibi oblatus cum prefectus eidem chriſtianitatem opponeret: ⁊ theſauros cecilie requiſiſſet. Reſpōdit vrbanus: ꝙ plus mouebatur almachius concupiſcētia theſaurorū: q̄ cultura deorū. Et cum ipſum prefectus ſuperare non poſſet: anolino tribuno in cuſtodia tradidit: vbi exiſtens anolinū cum alijs tribus tribunis cōuertit: vt ſupra ꝓxime dictum eſt: quibus per martyriū aſſumptis Urbanꝰ ad ſimulacra ducitᷣ: ⁊ thura imponere perurgetur. Sed orante ſancto idolum cecidit ⁊. xxij. ſacerdotes ignem miniſtrantes occidit: quem in ipſo loco prefectus decollari iuſſit: cuius corpus marmenia vxor carpaſij nuꝑ conuerſa cum filia lucina ſepeliuit cum cecilia tyburtio valeriano ⁊ maximo in eodē ſepulchro: qui paſſus eſt. viij. kalē. iunij circa annum domini. ccxx. Hic conſtituit: vt omnia vaſa eccleſiaſtica ad ſacrū miniſteriū pertinētia aurea: vel argētea fierēt: vel ſi pauꝑ eſſet eccleſia ſtannea non aūt vitrea ꝓpter fragilitatē: nec lignea ꝓpter poroſitatē: nec cuprea ꝓpter nauſeam ⁊ abominationem. Hic etiam fecit ordina-